KEIL

GLOSSAE IN IVVENALEM

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICIANA
HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA

PER AESTATEM

ANNI MDCCCLXXVI

A DIE XXIV. M. APRILIS AD DIEM XV. M. AVGVSTI

PVBLICE PRIVATIMQVE

HABENDARVM.

INSVNT

GLOSSAE IN IVVENALEM

EX CODICE PARISINO EDIDIT

HENRICVS KEIL.

HALAE

FORMIS HENDELIIS.

VNIVERSITATIS FRIDERICIANAE
RECTOR
HENRICVS KEIL
CVM SENATV
S. D.
CIVIBVS SVIS

Ex codice Parisino 7730 decimo saeculo scripto olim glossas ad Iuvenalis maxime satiras pertinentes descripsi. quas quoniam neque ab interpretibus Iuvenalis neque ab iis qui glossaria ediderunt, nisi quid me fugit, adhuc adhibitas esse video, non inutile esse visum est hac scribendi occasione oblata edere. quamvis enim ad interpretationem poetae sane nihil novi adferant ac ne in illis quidem quae ex aliis fontibus petita et iis quae ad Iuvenalem pertinent addita sunt quidquam quod gravioris momenti sit reperiatur, tamen ne haec levia quidem et partim inepta ei qui de omni glossarum ratione et origine quaerit prorsus neglegenda esse existimo. scriptae autem sunt glossae quas dixi in illo codice f. 69 et 70 post Apuleii qui fertur librum περὶ ἑρμηνείας et vitam Donati a Fabricio bibl. lat. v. III p. 740 ex hoc codice editam; sequuntur versus Iuvenalis 1,139 *nullus iam parasitus erit, sed quis ferat istas* — 6,195 ζωη και ψυχη *modo sub lodice relictis.* Servii libellus de centum metris, de metris Boetii, glossae in Priscianum. pauca in vetere scriptura alia manu vel correcta vel addita sunt, quae eadem fere aetate scripta esse videntur et diverso atramenti colore potius quam genere litterarum ab antiquioribus discernuntur.

In editione scripturam libri manu scripti quam fieri poterat accuratissime expressi, et ubicumque aliquid mutandum erat, subiecta adnotatione discrepantiam exhibui eodemque loco. siquid praeterea de scriptura codicis monendum erat, indicavi. vocabula ex satiris Iuvenalis deprompta diductis litteris a reliquis glossis distinxi. de scriptura autem illorum vocabulorum si quando codices Iuvenalis inter se dissentiunt, in glossis plerumque Pithoeani codicis, non deteriorum librorum lectiones positae sunt, ut 6,385 *Appi*, non *alti:* 5,72 *artoptae*, non *artocopi:* 5,84 *cammarus*, non *gammarus:* 4,147 *Catthis*, non *getis:* 6,34 *pugio*, non *pusio*, quamquam interpretatio vocabuli, *diminutive a puero dicitur*, ad vulgarem scripturam accommodata est. ea vero in quibus deteriorum codicum lectiones exhibentur partim leviora sunt, 3,255 *sarraco* pro *serraco*, 3,293 *concha* pro *conche*, partim in Pithoeano codice corrupta, 6,156 *Beronices* pro *Bernices*, 6,159 *mero pede* pro *nudo pede*. atque ut in verbis poetae eam potissimum recensionem, quae in Pithoeano codice est, glossae sequuntur, ita in illis explicandis vetera scholia saepius adhibita sunt, ex quibus ea quae huc pertinent una cum ipsis poetae versibus adscripsi. multa autem vel in componendis glossis inepte perturbata vel postea ab eo qui eas ex antiquiore libro descripsit peccata esse

apparet, neque operae pretium erat manifestos errores indicare vel causas errorum explicare. memorabilia eius neglegentiae exempla sunt haec, *Artaxata genus vestis peregrinae, Bebriacus rex qui hospites occidebat, Fretillo fimum purgo, Cintia dicta est Diana quae ancello mortuo quem amabat tunc flendo oculos amisit.* sunt etiam in quibus interpretatio non ad verbum praescriptum sed ad aliud quoddam, quod cum illo apud Iuvenalem coniunctum est, pertineat. ex quo genere sunt haec. 6,156 *Beronices lapis est optimus et pretiosus, de quo calices reges habent,* 5,88 *Bocchar oleum pessimum Tripolitanum.* 5,155 *capella genus teli est.* eodem videtur referendum esse *Masca faciem habet cristatam,* cf. Iuv. 6,421. ex corruptela verborum Iuv. 12,122 *si Libitinam eraserit* ortus est error *Filibitina feretrum.* pravae etymologiae studium apparet in explicatione v. *Subura. ultima pars urbis, ubi primo corpora urebantur, id est locus asper et saxosus, seu platea urbis.* in nominibus locorum explicandis cum saepius erratum sit, tum propter similitudinem nominis ad Iuv. 6,498 *emerita quae cessat acu,* ut videtur, adscriptum est *Emerita civitas Hispaniae.* nonnullis locis inverso ordine vocabula interpretationis causa adposita primo loco, ea quae explicanda erant post illa scripta sunt, *Monoptalmus luscus,* cf. Iuv. 10,158: *Pantomimus histrio,* cf. Iuv. 7,90: *Pastillus crustula,* cf. Iuv. 9,5. in eodem numero fortasse habenda sunt haec, *Sinocus febris iugis sine requie,* quandoquidem ad Iuv. 13,229 *vigili cum febre* ea referri possunt.

De reliquis glossis, quae cum his quae ad Iuvenalem pertinent coniunctae sunt, accuratius non quaesivi, sed quae ad fontem earum indagandum parata erant adscripsi. nam partem illarum ab Isidoro petitam esse apparet, pars ad Nonium et excerpta Festi videtur referenda esse; paucae cum aliis glossariis ita consentiunt, ut dubitari nequeat quin iisdem auctoribus debeantur. ad Horatium pertinent haec, *cheragra nodosa* epist. I 1,31, *lama lacuna* epist. I 13,10, fortasse *clatris id est lignis volubilibus quae sunt in careis* a. p. 473; ad Plauti Curcul. I 1,11, ut videtur, *melculo melle albo,* si modo recte correxi corruptam codicis scripturam *mercule.*

Abacon signum geometricum
Abacus mensa in qua calices ponuntur
Abdumine id est pinguedine
Asbeston lapis sine igne, sed accensus non extinguitur
Abiugo divido
Abiuro abnego
Acer lignum coloribus impar
Acus purgamentum frumenti
Abolla genus vestimenti rustici
Adipata dulcia
Adlobroga graece declinavit, quod Gallus erat Rufus
Agagulis lenonibus

4 Abesthon 9 Acus purgamentum frumenti *in marg.* 14 leonibus *corr.* lenonibus

1 Abacus] 3,204 ornamentum abaci 3 Abdumine] 2,86 tenerae placant abdomine porcae. *schol.* abdomine porcae: pinguedine aut intestinis. — 4,107 abdomine tardus 4 Asbeston] *Isidor. orig.* 16,4,4 Asbestos Arcadiae lapis ferrei coloris ab igni nomen sortitus, eo quod accensus semel numquam extinguitur 6 Abiugo] *Non. 73,20* 8 Acer] *Plin. n. h.* XVI 15 § 66 9 Acus purgamentum frumenti *class. auct. ed. Mai VIII p. 45* 10 Abolla] 4,76 rapta properabat abolla 11 Adipata] 6,631 livida materno fervent adipata veneno. *schol.* dulcia placenta veneno plena 12 Adlobroga] 7,214 Rufum, quem totiens Ciceronem Allobroga dixit

Agavem cantionem novam

Aliptes: hoc vitium aliptum esse solet, quod solent alapam in femur dare

Alveolis discis

Amos enim graece arena dicitur

Ancon cubitus dicitur

Angina tubera sive glandula

Antifates custos domus, quem homines timent

Anuben Aegyptia lingua Mercurium vocant

Appi id est alti et nobilis

Appula nomen proprium

Aquarius mediastinus

Aragne virgo lanificii peritissima

Araneus masculino genere animal, aranea feminino genere tela araneorum

Archetypos antiquos vultus

Archigenem id est medicum

†Arrunt, mucci et salivae excurrunt

Artopta pistor

Artaxata genus vestis peregrinae

Asseres pali vel paxilli ab asse dicti, qui soli in tecto et non coniuncti ponuntur

†At si dematon cefalen su. ita enim Graeci iurant

Auctio proscriptio

Auctio venditio

Aurunca Italia

Aurunca civitas Hispaniae

Apage abscede et vade

Apagesis abscede, sic sanus sis

Bacchanalia festi dies Liberi patris

Baptae cinaedi, id est viri molliores

Barbita genus musicum

Bargina barbara

Bacillo diminutive a baculo

Bebriacus rex qui hospites occidebat

Beronices lapis est optimus et pretiosus, de quo calices reges habent

Bocchar oleum pessimum Tripolitanum

6 Anchon *corr.* Ancon 10 Appi id est] Acipi Idē 12 melastinus 13 laneficii 16 Art(h)etipos 17 Arthigenē 32 Barbita-barbara *in marg.* 34 diminutiuae

1 Agavem] 7,87 intactam Paridi nisi vendit Agaven. *schol.* post tantum favorem nisi cantionem inauditam pantomimo vendidisset, non habebat unde se sustentaret 2 Aliptes] 6,422 callidus et cristae digitos impressit aliptes Ac summum dominae femur exclamare coegit 4 Alveolis] 5,88 vestris datur alveolis 5 Amos] 6,554 credent a fonte relatum Ammonis. *cf. Serv. in Verg. Aen. IV 196* appellatum Ammonem ab arena, quia ibi tale solum est: ἄμμος enim graece arena dicitur. *Paul. exc. Fest.* 102,4 6 Ancon] 4,40 quam Dorica sustinet Ancon 7 Angina] *Non.* 35,7 8 Antifates] 14,20 Antiphates trepidi laris 9 Anuben] 6,534 plangentis populi currit derisor Anubis 10 Appi] 6,385 quaedam de numero Lamiarum ac nominis Appi, *ubi* nominis alti *est in codicibus,* Appi *ex scholiis restituit Pithoeus et ante correctorem habuisse videtur cod. Pith.* 11 Appula] 6,64 Appula gannit 12 Aquarius] 6,332 venit et conductus aquarius 13 Aragne] 2,56 levius torquetis Arachne 14 Araneus] 14,61 arida cum tota descendat aranea tela. *cf. Non.* 192,9 16 Archetypos] 2,7 et iubet archetypos pluteum servare Cleanthas 17 Archigenem] 6,236 advocat Archigenen. *schol.* medicum magnum illius temporis. 14,252 ocius Archigenen quaere. *schol.* medicum 18 Arrunt] *fortasse* anent 19 Artopta] 5,72 salva sit artoptae reverentia, *ubi* artoptae *cod. Pith.,* artocopi reliqui. *cf. schol. Vallae* 20 Artaxata] 2,170 sic praetextatos referunt Artaxata mores 21 Asseres] 3,245 ferit assere duro. 7,132 iuvenes longo premit assere Medos 23 *fortasse* at sic perdat τὴν κεφαλήν σου 24 Auctio] 6,255 si coniugis auctio fiat. 7,10 commissa quod auctio vendit stantibus, *ubi in scholiis est* auctio venditio 26 Aurunca] 1,20 per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus. *'Lucillium dicit, ut sit Aurunca pro Italia synecdochicos posita' Valla.* 29 Apage sis] *Terent. Eunuch.* IV 6,18. *rectius erat* abscede, si sanus sis 30 Bacchanalia] 2,3 Bacchanalia vivunt 31 Baptae] 2,92 Cecropiam soliti baptae lassare Cotytto. *schol.* baptae molles, quo titulo Eupolis comoediam scripsit 33 Bargina] *Cap. de orthogr. p.* 2245 34 Bacillo] 3,28 nullo dextram subeunte bacillo 35 Bebriacus] 2,106 Bebriaci campo. *ad Bebriacum translata sunt quae de Amyco, Bebrycum rege, narrantur* 36 Beronices] 6,156 adamas notissimus et Beronices In digito factus pretiosior 38 Bocchar] 5,88 illud enim vestris datur alveolis, quod Canna Micipsarum prora subvexit acuta, Propter quod Romae cum Boccare nemo lavatur. *ubi in scholiis Pithoei v. 89 legitur* 'significat oleum Tripolitanum'

Birro dives vel patronus
Brattea petalum, id est lamina aurea
Bilibris sextarius bis assumptus
Quadra quarta pars panis dicitur
Masca faciem habet cristatam
Mariscae ficus
Meleagrides gallinae rusticae
Meritoria mercimonia dicuntur
Mero pede, id est nudo pede
Micale id est adultera
Millesima pagina magna scriptura
Monichus centauras
Mucida frusta id est partes
Multitia genus vestis pluribus coloribus confectae
Mustacia quae veteres erogabant in nuptiis
Mandrae forte caulae sunt, unde et archimandrita, id est heremita, dicitur
Melculo melle albo
Monoptalmus luscus
Fabricio id est mentioso
Facilis exaudibilis
Filibitina feretrum
Fala turris
Florali turpi tuba. Floralibus enim ludis omnia turpia fiunt
Forulus id est armarium vel locus librorum
Fretillo fimum purgo. vel fretillum id est sistrum
Fungi genus boleti
Flustris fluentis
Damasippus Lateranus
Deducere componere
Defrutum quod defraudetur et quasi fraudem patiatur
Defrutum vinum coquendo defraudatum. et dictum defrutum eo, quod coquendo arescat minusve faciat
Defrudat defraudat, minuit quod fruitur

3 Bilibris — assumptus *in marg.* 7 Maleagrides *corr. al. m.* Meleagrides 9 Metropede 10 adultere 13 frustra *corr.* frusta 15 confecta 17 Mandrae — 20 luscus *in marg.* 19 Melculo] Mercule 21 Fabritio 24 Fala turris *in marg.* 25 turpiturba 28 uel fretillum id est sistrum *add. al. m.* 31 lateranis *corr.* -nus 33 defraudetur] defraudatur 35 quoquendo *utroque loco*

1 Birro] 5,39 Virro tenet phialas 2 Brattea] 13.152 qui bratteolam de Castore ducat 3 Bilibris] 6,372 postquam coeperunt esse bilibres 4 Quadra] 5,2 aliena vivere quadra 5 Masca] 6,421 cum lassata gravi ceciderunt brachia massa, Callidus et cristae digitos impressit aliptes 6 Mariscae] 2,13 caeduntur tumidae medico ridente mariscae 7 Meleagrides] *Plin. n. h.* X 26 § 74 *Varr. r. r.* III 9 8 Meritoria] 3,234 nam quae meritoria somnum admittunt 9 Mero] 6,159 observant ubi festa mero pede sabbata reges, *ubi* nudo pede *superscripto* mero *legitur in Pithoeano codice,* mero *in reliquis* 10 Micale] 5,141 sed tua nunc Mycale pariat licet 11 Millesima] 7,100 millesima pagina surgit 12 Monichus] 1,11 quantas iaculetur Monychus ornos 13 Mucida] 5,68 solidae iam mucida frusta farinae 14 Multitia] 2,66 cum tu multicia sumas. *ib.* 76. 11,188 16 Mustacia] 6,202 nec est quare cenam et mustacea perdas 17 Mandrae] 3,237 stantis convicia mandrae 19 Melculo] *Plaut. Curcul.* I 1,11 melculo dulci meo. melculum *ex Plaut. Cas.* IV 4,14 *citavit Priscianus l.* III *p.* 102,18. melculum parvum mel *Mai class. auct. v.* VIII *p.* 365, melliculum *ib. p.* 357 20 Monoptalmus] 10.158 cum Gaetula ducem portaret belua luscum. *cf. schol.* ib. 228 perdidit ille oculos et luscis invidet. 21 Fabricio] 4,128 hoc defuit unum Fabricio 22 Facilis] 10,8 di faciles. *schol.* 'ideo faciles, quia preces stultas audiunt.' *cf.* 3,122. 5,107 23 Filibitina] 12,122 nam si Libitinam evaserit aeger 24 Fala] 6,590 consulit ante falas 25 Florali] 6,249 dignissima prorsus Florali matrona tuba. *cf. schol.* 27 Forulus] 3,219 hic libros dabit et forulos. *schol.* armarium sive bibliotheca 28 *l.* fritillo fimo pyrgo. 14,5 parvoque eodem movet arma fritillo. *schol.* fritillus: pyxide cornea, qui fimus dicitur graece. — aut fritillum pyrgum dixit 29 Fungi] 5,146 vilibus ancipites fungi ponentur amicis 30 Flustris] *Placid. gloss. p.* 57,16 *ed. Deuerl.* in flustris in portu. *cf. Paul. exc. Fest.* 89,6 31 Damasippus] 8,147 carpento rapitur pinguis Lateranus, *ubi* Damasippus *in plurimis codicibus legitur,* Lateranus *corr.* Damasippus *in Pithoeano. cf. schol. v.* 167 32 Deducere] 7,54 qui nihil expositum soleat deducere 33 Defrutum] *Serv. in Verg. georg.* II 93 defrutum dictum est, quod defraudetur et quasi fraudem patiatur. *Isidor. orig.* XX 3,14 38 Defrudat] *Non.* 31,9.

Hoemus et Carpoforus antiquissimi tragoedi fuerunt
Honiromantia multi enim de pullis futura dixerunt
Cacoethes graece mali mores
Calenum vinum ab oppido Calibus
Cammarus piscis pessimus exiguus
Canopus locus amoenus Aegypti
Capella genus teli est
Capena porta per quam aquaeductus transit
Catthi qui nunc Scotti dicuntur
Scauri philosophi turpissimi
Cerdones pauperes infimi
Cevet inclinatur
Cicladis molle pallium
Cilindri margaritae rotundae
Cinomantia canis divinatio
Cintia dicta est Diana, quae aucello mortuo, quem amabat, tunc eum flendo oculos amisit
Cirro crispo capillo
Concha dicitur a Graecis olla fabae coctae
Catax claudus
Calpar dolium
†Carchus vitus, et dicitur haec vitus femi- nino genere
Celia potio de suco frumenti
Calatum canistrum vel cartallum
Cesa telum
Cheragra nodosa
Clatris id est lignis volubilibus, quae sunt [in caveis
Cofinus corbis
Concumbunt crisant et cevent
Cogo colligo
Corbulo vel nomen est validissimi cuiusdam laturarii, vel vinitorem dicit, qui grandi corbe uvam portat ad torcular
Clustrum clausura ostii cum verriculis suis, unde clustellum

1 capoforus traguedi 5 Cocohetes grec *una littera deleta* 6 Calibus] calibos 11 Caththi *deleta priore loco* h *littera* 12 Scauri] Cauri ● 16 margarite rotunde 21 Comcha fabe cocte 22 Catax — 31 corbis *in marg.* 24 vit^{v}is *posteriore loco* 33 Cogo colligo *in marg.* 37 Clustrum — clustellum *in marg.* ostii cum] hostucum

1 Hoemus] 6,198 dicas hoc mollius Haemo Quamquam et Carpophoro 3 *de ὀρνιθομαντείᾳ cogitavit grammaticus:* 6,551 pectora pullorum rimabitur, exta catelli. *ad ὀνειρομαντείαν referri poterant ib.* 546 qualiacumque voles Iudaei somnia vendunt 5 Cacoethes] 7,52 scribendi cacoethes. *schol.* mali mores vel mala consuetudo scribendi 6 Calenum] 1,69 molle Calenum 7 Cammarus] 5,84 dimidio constrictus cammarus ovo, *ubi* cammarus *cod. Pith. cum scholiis,* gammarus *reliqui* 8 Canopus] 1,26. 6,84. 15,46 9 Capella] 5,155 discit ab hirsuta iaculum torquere capella 10 Capena] 3,11 substitit ad veteres arcus madidamque Capenam. *schol.* madidam ideo, quia supra eam aquae ductus est, quem nunc appellant arcum stillantem 11 Catthi] 4,147 tamquam de Catthis aliquid torvisque Sycambris Dicturus, *ubi* Catthis, *quod ex scholiis restitutum est, ante correctorem in Pithoeano fuisse videtur,* getis *nunc legitur in codicibus* 12 Scauri] 2,35 fictos contemnunt Scauros 13 Cerdones] 4,153 postquam cerdonibus esse timendus coeperat 14 Cevet] 9,40 computat ac cevet 15 Cicladis] 6,259 tenui sudant in cyclade 16 Cilindri] 2,61 donant arcana cylindros 17 Cinomantia] 6,551 *cf.* honiromantia 18 Cintia] 6,7 haud similis tibi, Cynthia, nec tibi, cuius turbavit nitidos extinctus passer ocellos 20 Cirro] 13,165 madido torquentem cornua cirro 21 Concha] 3,293 cuius conche tumes, *ubi* concha *in plurimis codicibus legitur,* conche. *ut videtur, corr.* concha *in Pithoeano* 22 Catax *Paul. exc. Fest.* 45,4 *Non.* 25,13 23 Calpar] *Non.* 546,12 *Paul. exc. Fest.* 46,17 24 Carchus] *Isidor. orig.* XIX 1,26 carabus parva scapha ex vimine facta, quae contecta crudo corio genus navigii praebet. vitus *non addita significatione nominis legitur apud Probum inst. art. p.* 116,22 26 Celia] *Isidor. orig.* XX 3,18 *Plin. n. h.* XXII 25 § 164 27 Calatum] 2,54 vos lanam trahitis calathisque peracta refertis vellera 28 Cesa] *Non.* 555,9 *Verg. Aen.* VIII 661 Alpina coruscant gaesa manu, *ubi* caesa *praebent cod. Pal. et Rom.* 29 Cheragra] *Hor. epist.* I 1,31 nodosa corpus nolis prohibere cheragra 30 Clatris] *Hor. a. p.* 473 obiectos caveae valuit si frangere clathros *Plin. n. h.* VIII 7 § 21 circumdatis clathris ferreis 31 Cofinus] 3,18 quorum cophinus faenumque supellex 32 Concumbunt] 6,191 concumbunt graece 33 Cogo] 13,215 densissima ruga cogitur in frontem. 13,133. 14,135 34 Corbulo] 3,251 Corbulo vix ferret tot vasa ingentia 37 Clustrum] 8,261 laxabant portarum claustra

Corybanta lunaticus
Cossus advocatus
Cossi vermes in ligno, quos teredones vocant
Cottana nuces vel caricae parvae
Cucurbita ventosa
Cybeles mater deum, cui cynedi serviunt
Cynedi qui publice clunem agitant. id est saltatores vel pantomimi
Ciccis et granis punica mala referta sunt
Cirri capilli non incisi
Gabulum [id est crux] mors forte dicitur
Galli qui verenda non habent dicuntur
Genium voluptas, custos, defensor, tutela
Gerrae nugae et ineptiae, unde et gerrones dicuntur
Geti dicuntur Gothi
Gessa lanceae
Gutus ampulla brevis a brevitate dicta, in qua oleum fertur
Glumas segetum manipulos
Glumo excorio
Sabburra harena et petra. Sabburra sarcina supellex [ancora]
Salios nobiles
Sandapila feretrum
Sarracum genus vehiculi cum humilibus et solidis rotis
Scalae dicuntur foruli vel armaria advocatorum, quae palmarum foliis ornantur, cum illi causam vicerint
Scantinia lex de cinedis
Scapium vas turpe ad ventris necessitates aptum
Segmentatis fractis vel textis
Sentina aqua navis putens
Sergiolus gladiator
Seriphos insula
Seripho civitas brevis

4 Cottane carice parue 7 publicae idē saltatores uel pantomimi *add. al. m.* 9 Cittis 11 id est crux *superscr. al. m. expunctis r.* mors forte dicitur 13 Genium — tutela *in imo margine add.* 14 Gerre nuge 18 in quo 22 Sa^{b}urra *priore loco* 23 ancora *add. al. m.* 28 Scale 32 turpium *corr. al. m.* turpe necessitatis *corr. al. m.* necessitatem 34 Secmentatis fructis 35 putaus *corr.* puteus 37 Seriphus *ut videtur corr.* -os *priore loco*

1 Corybanta] 5,25 de conviva Corybanta videbis 2 Cossus] 3,184 ut Cossum aliquando salutes. 8,22. 10,202 3 Cossi] *Paul. exc. Fest.* 41,9 *Placid. gloss.* 24,14 *ed. Deuerl.* 4 Cottana] 3,83 advectus Romam quo pruna et cottana vento. *Plin. n. h.* XIII 5 § 51 5 Cucurbita] 14,58 ventosa cucurbita quaerat 6 Cybeles] 2,111 hic turpis Cybeles et fracta voce loquendi libertas. 14,263 7 Cynedi] 2,10 inter Socraticos notissima fossa cinaedos. *ib. 20* de virtute locuti clunem agitant 9 Ciccis] *Paul. exc. Fest.* 42,10 *Placid. gloss.* 23,23 *ed. Deuerl.* 10 Cirri] 13,165 *cf.* cirro 11 Gabulum] *Non.* 117,10 gabalum, *ubi* gabulum *scriptum est in codice Parisino* 7667: gabulum·βάσανος *gloss. Labb.* 12 Galli] 8,176 tympana galli 13 Genium] 6,22 sacri genium contemnere fulcri. *ib.* 562 14 Gerrae] *Non.* 118,24 *Placid. gloss.* 49,18. 50,4 *ed. Deuerl. Paul. exc. Fest.* 94,3 16 Geti] 5,50 frigidior Geticis petitur decocta pruinis 17 Gessa] *cf.* cesa 18 Gutus] 3,263 pleno componit lintea guto. 11,158 20 Glumas] *Non.* 118,3. *Paul. exc. Fest.* 98,9 21 Glumo] *l.* glubo 22 Sabburra] *Paul. exc. Fest.* 99,13 24 Salios] 6,604 Salios Scaurorum nomina falso corpore laturos. *schol.* de familia nobili nomen tenuerunt 25 Sandapila] 8,175 fabros sandapilarum 26 Sarracum] 3,255 serraco veniente, *ubi* sarraco *in plurimis codicibus legitur,* serraco *in Pithoeano et paucis deterioribus.* 5,23 pigri serraca Bootae. *ubi in paucis libris scriptum est* sarraca 28 Scalae] 7,118 figantur virides, scalarum gloria, palmae. *schol.* ad instar gladiatoriae victoriae. scalae sunt armariola advocatorum vel, ut quidam, casae et stationes 31 Scantinia] 2,43 at iure citari ante omnes debet Scantinia. *schol.* lex de infamibus puniendis 32 Scapium] 6,264 positis scaphium cum sumitur armis 34 Segmentatis] 6,89 et segmentatis dormisset parvula cunis. *schol.* segmenta dicit vittam pendentem de vestibus intextam auro 35 Sentina 6,99 sentina gravis 36 Sergiolus] 6,105 Sergiolus iam radere guttur coeperat. *cf. schol.* 37 Seriphos] 6,564 parva tandem caruisse Seripho. 10,170 parvaque Seripho. *cf. schol.*

Sestertia id est sex libras habens, quod difficile evenit
Sirena delectationem
Sortes responsa
Squilla genus piscis delicati
Stemmata familiae descriptio, quae et genealogia dicitur
Subura ultima pars urbis, ubi primo corpora urebantur, id est locus asper et saxosus, seu platea urbis
Sulmona civitas Samnii
Sumen venter porcae
Sublevit illusit
Siphacem regem Africae
Sinocus febris iugis sine requie
Obiter id est simul
Occare operire, unde occatio et occae, id est operimenta
Ogulnia mulier pauper
Orti enim et pomaria Phaeacum ab Homero laudantur satis
Oppia mulier obscena
Opica id est sacra
Opici mures id est rosores litterarum. opicizin dicitur minuere litteram loquendo
Orexis comestio et desiderium: qui extra naturam vel consuetudinem amplius comedit
Tarpeium limen id est Capitolium [limen]
Tegetis vestis
Tentigo libido
Tophum saxum
Tribius nomen hominis
Trimegistus Mercurius, id est ter maximus
Tolutim volubiliter
Trientem genus nummi, quem mortui in os accipiebant
Trulla aurea id est sonus ventris ex parte obscena divitis
Trulleum polybrum, in quo manus perluuntur, quod in sinistra tenetur, et aliud vas cum aqua in dextera
†Taba munimentum in proelio virorum fortium
Taberna ubi vestes ponuntur aut quodlibet aliud

3 Sirena delectatione sortes responsa 5 deliquati *ut videtur corr.* delicati 13 Subleuit illusit *in marg.* 14 Sinphacen 17 Occare — operimenta *in marg.* 23 Opica] Opice 25 opicin dicitur loquendi 26 commestio 33 Trimegistus — volubiliter *in marg.* 39 Trulleum — dextera *in fine paginae add. al. m.* 41 cum aqua in sinistra dextera

1 Sestertia] 4,16 aequantem sane paribus sestertia libris. *cf. schol.* 3 Sirena] 14,19 nullam Sirena flagellis comparat 4 Sortes] 1,82 sortesque poposcit. *schol.* a Themide, quae ante Apollinem responsa dabat 5 Squilla] 5,81 quae fertur domino squilla. *schol.* genus piscis aut cammari 6 Stemmata] 8,1 stemmata quid faciunt. *cf. schol.* 8 Subura] 3,5 ego vel Prochytam praepono Suburae 11 Sulmona] 6,187 de Sulmonensi mera Cecropis. *schol.* civitas Tusciae 12 Sumen] 12,73 laetis Phrygibus mirabile sumen 13 Sublevit] *Non.* 45,17 14 Siphacem] 6,170 Hannibalem victumque Syphacen 15 Sinocus] *cf. Iuv.* 13,229 vigili cum febre 16 Obiter] 3,241 obiter leget. 6,481 verberat atque obiter faciem linit 17 Occare *Isidor. orig.* XVII 2,4 19 Ogulnia] 6,352 conducit Ogulnia vestem 20 Orti] *cf. Iuv.* 5,150 poma — qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat 22 Oppia] 10,220 quot amaverit Oppia moechos. *ib.* 322 23 *fortasse* opicae id est sacrae. *cf. Paul. exc. Fest.* 188,1 obscum dicitur significare sacrum, unde et leges obscatae id est sacratae 24 Opici] 3,207 et divina opici rodebant carmina mures. *schol.* opizin (*l* opikizin) Graeci dicunt de his qui imperite loquuntur 26 Orexis] 6,428 rabidam facturus orexim 28 Tarpeium] 6,47 Tarpeium limen adora. *schol.* limen: Capitolium 29 Tegetis] 5,8 tegetis pars. 7,221 institor hibernae tegetis 30 Tentigo] 6,129 ardens rigidae tentigine volvae 31 Tophum] 3,15 nec ingenuum violarent marmora tofum 32 Tribius] 5,19 habet Trebius. *ib.* 135 34 Tolutim] *Non.* 4,1 35 Trientem] 83,267 nec habet quem porrigat ore trientem. *cf. schol.* 37 Trulla] 3,108 si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo. *cf. schol.* 39 Trulleum] *Non.* 544,19. 547,3 42 Taba] *an* thoraca? *cf. Iuv.* 5,143 viridem thoraca iubebit adferri 43 Taberna] 2,42 ne pudeat dominum monstrare tabernae. 3,304 fixa catenatae siluit compago tabernae

†Tomo luscello
Paludatus clamidatus
Pantomimus histrio
Paradoxus est qui cuius laudis praedicator esse debuit, eius periculi deprecator est inopinatus effectus
Paradoxi id est vendentis
Pathici id est cinedi, a patiendo dicti
Pastillus crustula
Pensis id est soliloquium
Pero rusticum calciamentum
Phoricas id est stercus, purgandas latrinas vel cloacas. forire ventrem dicimus
Philtra amatoria vel carmina vel pocula
†Plire saltare
Pluteum tabulatum
Pluteum scammum
Podex culus
Podium super quod omnes nobiles spectant
Porthmea graece portitor a portando
Prochita insula vel desertus locus
Prohemia principia
Proseucha graece oraculum vel oratio, ubi deus oratur. illic enim mendici stipem petunt
Pygargus ovis cum albis clunibus graece dicta
Pytismate saliva
Pugio diminutive a puero dicitur
†Icypta gybbus
†Ilibus abilus id est molli vel civitate Troiae
Infestus insidiosus
Infensus iratus offensus
Infestus inimicus
Ippomanen virus quod ex equae inguine colligunt magi
Iantaculum primus cibus, quo ieiunium solvitur. ianto gusto ante prandium

3 istrio *corr.* histrio 5 depraecatus *corr al. m.* -tor 14 Piltra — pocula *in marg. add. al. m.* 18 colus *corr.* culus 21 insulatur *corr.* insula vel 29 Pugeo *corr.* Pugio 32 Infestus. Insidiosus | Infensus.Iratus. offensus infestus. Inimicus *in marg.* 37 Iantaculum *in fine paginae add.* 38 Iante. gusta *vel* guste

2 Paludatus] 6,400 paludatis ducibus. *schol.* euntibus ad militiam, clamidatis scilicet 3 Pantomimus] 7,90 quod non dant proceres, dabit histrio. *schol.* id est quod non praestant senatores, pantomimus dabit 4 Paradoxus] *Isidor. orig.* II, 21,29 paradoxon est, cum dicimus inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero 'cuius laudis praedicator esse debuerit, eius periculi deprecatorem esse factum' 7 Paradoxi *quo pertineat, non apparet:* vendentis *legitur Iuv.* 6,380 vocem vendentis praetoribus 8 Pathici] 2,99 pathici gestamen Othonis 9 Pastillus] 9,5 lambenti crustula servo 10 Pensis] *Isidor. orig.* II 21,47 11 Pero] 14,185 quem non pudet alto per glaciem perone tegi 12 Phoricas] 3,38 conducunt foricas. *schol.* conducunt foricas: stercora, hoc est vectigal. forire est pro deonerare ventrem. forire est enim fossas eicere. *cf. schol. Vallae* foricas cloacas. forire enim, inquit Probus, veteres dicebant deiicere ac deonerare ventrem, hinc forire foras eiicere. *inde scribendum* forire deonerare (*vel* deicere) ventrem dicimus 14 Philtra] 6,610 hic Thessala vendit philtra 15 Plire] *l.* prurire: 11.162 forsitan expectes ut Gaditana canoro incipiant prurire choro. *schol.* id est speras forsitan, quod incipiant saltare delicatae ac pulchrae puellae Syriae 16 Pluteum] 2,7 et iubet archetypos pluteum servare Cleanthas 18 Podex] 2,12 podice levi 19 Podium] 2,147 omnibus ad podium spectantibus 20 Porthmea] 3,265 taetrumque novicius horret porthmea 21 Prochita] 3,5 ego vel Prochytam praepono Suburae 22 Prohemia] 3,288 miserae cognosce prooemia rixae 23 Proseucha] 3,296 in qua te quaero proseucha *cf. schol.* 26 Pygargus] 11,138 lepus atque aper et pygargus *cf. schol.* 28 Pytismate] 11,175 qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem 29 Pugio] 6,34 tecum pugio dormit, *ubi* pugio *ex codice Thuaneo et coniectura Vallae recepit Iahnius,* pu . . io *corr.* pusio *cod. Pith.,* pusio *reliqui,* pungio *schol.* 30 *fortasse* gibbus id est κύρτωμα. *cf. Iuv.* 6,109. 10,294. 309 31 *fortasse* Iliacus ab Ilo, id est molli, vel a civitate Troiae: *Iuv.* 13,43 puer Iliacus. *alienum ab hoc loco videtur esse Iuv.* 5,135 vis frater ab ipsis ilibus 32 Infestus] *Non.* 129,11: *cf. Iuv.* 12,231. 15,74. 120 35 Ippomanen] 6,133 hippomanes carmenque loquar coctumque venenum 37 Iantaculum] *Isidor. orig.* XX 2,10

Labara forte signa sunt et vexilla

Lateranŭs cuius palatium fuit, in quo nunc magna ecclesia est Romae

Laverna latro qui filios alienos seducit

Lama lacuna

Larva umbra. larva demon

Lautitiae * carceres

Lautomia custodia carceris

Lautomia verbera vincula catenae carcer nervi custodia

Liburnus nuntius

Liburnum genus vehiculi

Liburni id est homines lecticarii vel praecones

Loripedem loreis pedibus hominem, quem et antipodem dicimus

Loripedis tortis pedibus

Lodix vestis vel ludix a ludis

Lyde aranea graece

Latumia custodia carceris

Lautummum supplicii genus ad verberandum aptum

Lecticalis qui lectulos facit

Lemures larvae nocturnae

Lurcatur devorat. inde lurcones devorantes et glutones

Elenchos gemmas non longiores

Elissa Dido

Emerita civitas Hispaniae

Endromida pallium philosophi est

Ephemeris dicitur compotus mathematici singulorum dierum, siderum vel stellarum cursus

†Ergenna sacerdos

Escaria dicuntur vasa minora, in quibus esca datur, quae dicuntur graece σκεύη εὐτελῆ

Etruscum aurum insigne libertatis, quod divites in auro habebant, pauperes in loro. bullam dicit, quam Etruscis oriundus Tarquinius invenit

Varicosus obtortis plantis et in diversum separatis

Varicat ambulat, divertit, inde varicat et distendit

Varicosus id est †apertus inclinando se satis, licet et humentiores nervi venaeque varices dicantur

5 Lama lacuna *et* Larua umbra larua demon *in marg.* 8 Lautomia. "uincula." uerbera" catene 15 loris 19 Lyde aranea grecae 20 Lautumnia 23 Lemures laruae nocturnae *in marg. add. al. m.* 30 matematici 35 grecae ΣΚΟΤΕΛΛΙ 38 Etruscis] etrusticis *corr.* etruscis 40 Varicosus — separatis *in marg. add. al. m.* 42 et distendit *add. al. m.*

2 Lateranus] 10,17 egregias Lateranorum obsidet aedes tota cohors. 8,147 carpento rapitur pinguis Lateranus. *cf.* Damasippus 4 Laverna] *gloss. Paris. ed. Hildebr. p.* 186 labernas qui filios alienos seducit. *cf. Non.* 134,35 *Paul. exc. Fest.* 117,16 5 Lama] *Hor. epist.* I 13,10 per clivos flumina lamas. *cf. Paul. exc. Fest.* 117,8 6 Larva] *gloss. Paris. ed. Hildebr. p.* 191 larva daemon vel umbra errans 7 *l.* Lautitiae munditiae, Lautumiae carceres. *cf. gloss. Paris. ed. Hildebr. p.* 192 11 Liburnus] 6,477 tarde venisse Liburnus dicitur. *schol.* nuntius aut certe lecticarius aut gerulus lecticae, quae liburnata est 12 Liburnum] 3,240 ingenti curret super ora liburno. *schol. Vallae* liburnum lecticam magnam dicit tamquam navigium et eius baiulos liburnos ipse alibi vocat 13 Liburni] 4,75 clamante Liburno 15 Loripedem] 2,23 loripedem rectus derideat. 10,308 18 Lodix] 6,195 modo sub lodice relictis uteris in turba. 7.66 de lodice paranda 19 Lyde] 2,141 turgida non prodest condita pyxide Lyde *cf. schol.* 21 Lautumnum] *Isidor. orig.* V 27,23 24 Lemures] *Non.* 135,14 24 Lurcatur] *Non.* 10,27 26 Elenchos] 6,459 auribus extentis magnos commisit elenchos. *schol.* commisit uniones, margaritas oblongas 27 Elissa] 6,435 periturae ignoscit Elissae 28 Emerita] 6,498 emerita quae cessat acu 29 Endromida] 6,246 endromidas Tyrias. 3,103 accipit endromidem 30 Ephemeris] 6,573 tritas cernis ephemeridas. *schol.* membranam mathematicorum vel actorum diurnorum 33 Ergenna] *fortasse* Egeria. 3,12 in vallem Egeriae descendimus 34 Escaria] 12,46 adde et bascaudas et mille escaria 36 Etruscum] 5,164 Etruscum puero si contigit aurum. *schol.* antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant, pauperum de loris, signum libertatis 40 Varicosus] 6,397 varicosus fiet aruspex *cf. schol.* 44 apertus] *l.* obtortus

Vapidus a vapore
Rubeta terrestris rana
Viscantur polluuntur
Vomicae stomachi dissolutio
Vrbicus nomen scenici
Natricem explodit serpentem excludit et expellit
Niceteria filacteria
Nifaten fluvium
Novilis omnibus notus. nobilis clarus
Nothus amphemerinus id est non verus cotidianus
Nothus tritheus id est non verus tertianus
Nothus tetrartheus id est non verus quartanus
†Numbus genus pisciculi optimi
Ramex hernia
Rabula rabidus
Rasa subtili. colores sunt vestium mulierum
Rhombus genus piscis
Rubrae dicuntur leges quae per cinnabarim scribebantur
Yno vino graeco

1 Vapidus a uapore *in marg. add. al. m.* 2 Ubeta 4 Vomicestomachi 9 Nouilis-clarus *in marg. add. al. m.* 14 Ramex hyrma *in marg.* 16 Rasa — 20 greco *add. al. m.* subtilia 18 Rubre

2 Rubeta] 1,69 molle Calenum porrectura viro miscet sitiente rubetam 6,659 tenui pulmone rubetae. *cf. schol.* 3 Viscantur] 6,466 miseri viscantur labra mariti 4 Vomicae] 13,95 vomicae putres 5 Vrbicus] 6,71 Vrbicus exodio risum movet 7 Niceteria] 3,68 fert niceteria collo. *cf. schol. Vallae* 8 Nifaten] 6,409 isse Niphaten 9 Novilis] *cf. Iuv.* 8,41. 11,95 13 Numbus] *l.* rhombus: 11,121 nil rhombus nil dama sapit. *cf.* 4,39 14 Ramex] 10,205 iacet exiguus cum ramice nervus 15 Rabula] *Non.* 26,16. 60,12. *gloss. Paris. ed. Hildebr. p.* 256 rabula calumniator vel rabidus 16 Rasa] 2,97 caerulea indutus scutulata aut galbina rasa 17 Rhombus] 4,39 sqq. 18 Rubrae] 14,192 perlege rubras maiorum leges 20 Yno] 6,426 oenophorum sitiens 7,11 oenophorum.

I. Scholae Theologorum.

a. Professorum ordinariorum.

F. AUGUSTUS THOLUCK, Dr.

I. Privatim *encyclopaediam et methodologiam theologicam* tradet bis p. hebd. d. Lun. et Mart. h. XII-I.

II. In seminario regio theologico *classem exegeticam Novi Testamenti* moderari perget.

IULIUS MUELLER, Dr.

Privatim *evangelium Ioannis* interpretabitur sexies p. hebd. h. X-XI.

IUSTUS LUDOVICUS IACOBI, Dr.

I. Publice *gnosticorum systemata* exponet d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim 1) *historiae ecclesiae universalis* partem priorem enarrabit sexies p. hebd. h. XI-XII. 2) *theologiam symbolicam (polemicam)* docebit quater p. hebd. h. XII-I.

III. In seminario regio theologico *exercitationes historicas* moderari perget.

CONSTANTINUS SCHLOTTMANN, Dr.

I. Publice *geographiam biblicam* docebit semel p. hebd. d. Merc. VIII-IX.

II. Privatim 1) *archaeologiam Hebraicam* tradet quater p. hebd. h. VIII-IX. 2) *librum Iobi* interpretabitur quater p. hebd. h. IX-X.

III. In seminario regio theologico *exercitationes exegeticas Veteris Testamenti* moderari perget. Praeterea iterum eiusdem sodalibus, qui ad *epigraphicen semiticam* incumbere cupiunt, inscriptiones interpretandas h. def. proponet.

IULIUS KOESTLIN, Dr.

I. Publice *prolegomena ad theologiam dogmaticam* tradet bis p. hebd. d. Merc. et Sat. h. VII-VIII.

II. Privatim 1) *theologiam dogmaticam* exponet sexies p. hebd. h. VIII-IX. 2) *epistolam ad Hebraeos datam* interpretabitur quater p. hebd. h. X-XI.

III. In seminario regio theologico *exercitationes dogmaticas* moderari perget.

WILIBALDUS BEYSCHLAG, Dr. Decanus.

I. Publice *parabolas Iesu Christi* interpretabitur d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim 1) *epistolam Pauli ad Romanos* interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI. 2) *vitam Dom. n. Iesu Christi* exponet quater p. hebd. h. XII-I.

III. In seminario regio theologico *exercitationes catecheticas* moderabitur.

EDUARDUS CAROLUS AUGUSTUS RIEHM, Dr.

I. Publice *historiam artis hermeneuticae in Vetere Testamento factitatae* enarrabit bis p. hebd. d. Merc. h. III-IV et d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim *Psalmos* interpretabitur quinquies p. hebd. h. IX-X.

III. Privatissime et gratis *societatis Veteris Testamenti studia colentis* exercitationes moderari perget h. def.

ALBRECHTUS WOLTERS, Dr.

I. Publice de *societatibus ecclesiasticis*, quae inter Evangelicos vigent, inprimis de iis quae *missioni internae* inserviunt, disseret d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) *utramque Pauli ad Corinthios epistolam* interpretabitur quinquies p. hebd. h. IX-X. 2) *theologiae practicae* partem priorem tradet quinquies p. hebd. h. VII-VIII.

III. In seminario regio theologico *exercitationes homileticas* moderabitur.

b. Professorum extraordinariorum.

HENR. ERN. FERD. GUERICKE, Dr.

I. Publice *archaeologiam christianam* tradet ter p. hebd. d. Mart. Merc. et Iov. h. XI-XII.

II. Privatim *historiae ecclesiasticae* partem alteram narrabit sexies p. hebd. h. XII-I.

CHR. LEBR. FRANKE, Dr.

Scholas non habebit.

AUG. FERD. DAEHNE, Dr.

I. Publice *epistolam Pauli ad Ephesios* latino sermone interpretabitur d. Lun. et. Iov. h. VII-VIII.

II. Privatim *utramque Pauli ad Corinthios epistolam* explicabit quotidie h. X-XI.

GUSTAVUS KRAMER, Dr.

I. Privatim *artem didacticam* bis p. hebd. tradet d. Mart. et Ven. h. V-VI.

II. In seminario regio *exercitationes paedagogicas* moderari perget.

MARTINUS KAEHLER, Lic. theol.

I. Publice *historiam ethices* adumbrabit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

II. Privatim *ethicam* docebit sexies p. hebd. h. VIII-IX.

THEODORUS BRIEGER, Lic. theol. et Dr. phil.

I. Publice *historiam ecclesiasticam saeculi nostri* enarrabit bis p. hebd. d. Merc. et Sat. h. XII-I.

II. Privatim *historiae ecclesiasticae* partem tertiam (1517—1800) enarrabit sexies p. hebd. h. XI-XII.

III. Privatissime et gratis *exercitationes societatis ecclesiastico-historicae* moderabitur semel p. hebd. h. def.

